

MEMNON.



Socrates contemplatus aliquot statuas tanto cum artificio factas, ut ad perfectionis complementum præter spiritus vitales nihil desiderarent, referente Laërtio *se mirari dicebat, cur hi, qui lapidea forma suspicerent, suavis spe nitentur, ut lapis homini quàm basilicæ crederet, seipso curare negligeret, ac similes lapideus videretur, & sim.* Sed quod in alijs mirabatur

Socrates, hoc meliori jure in ipso alijsq; Philosophis obfuspe scimus, cum illi in hoc uno laboraverint, ut ad omnes affectus humanos lapidescerent, suppresso naturali appetitu; indurabant enim animum, æquè ad voluptatis lætœcinia, quàm ad mortis horrorem, hinc uti Cratem Thebanum à se ipso manumissum non salcinârunt divitijs, sic nec contuso corpore Anaxarchi animum ferri fregissent pibilli, adeo nulli affectus poterant emollire faxea Philosophorum corda: Ex opposito, dum Aultria lapideam Memnonis statuam æmulatur, tota pulis indulget affectibus, prosequatur hæc statua tristi cantu gemitibus interrupto occidentem solem, eidem verò orienti hilari cantu applaudebat, his ipsis affectibus fervet Aultria erga *Agathoclem Zelos*, vix enim in occasum flexit iter, cum tam benignis orbita radijs urgente merore clanguit, quasi Cimmerijs tenebris involuta, considerabat enim *Agathoclem Zelos* ab oculis subtrahi, qui ardoris violentia nubes dissipaverat in urbis Viennensis perniciosum conglobatas, invisumq; Ottomanicæ lunæ splendorem radiorum luce offuscaverat, hinc eo acrius eam torquebat absentis desiderium quò altius cordi impresserat gratiarum influxus, quos præsentis Phœbi indulgentia effuderat; unice enim concurrit ad subditorum felicitatem Principis præsentia; hinc Plinius, dum causam indagat, cur Italia prioribus sæculis commissum terræ frumentum cum centuplo fenore redderet, tantæ ubertatis causam imputat Imperatorum præsentie, qui finita expeditione ad agros revertebantur facti triumphales agricolæ *casibus terra comere lætatis, & triumphali autore, nec alia reddi potest*

teſt cauſa, cur areſcentibus terræ fruſtibus pleriq; mortalium intē-
 rierint, quā Cereris frugum Reginz abſentia in ſpecum ſeceden-
 tis. Macedones quoq; ab Illyrijs ſui inſane Regis juxta aciem po-
 ſito aris teſte Juſtino certamen repetiverit, tanquam ſibi uicti fuſſent antea,
 quod Regis ſui aſpectu deſuſſent, conſorto itaq; praeſto magna caeleſtibus ſubſer-
 uentibus priore bello Regem Macedonibus, non virtutem deſuſſe: adeo Regis
 praefentia inſluit in ſubditorum felicitatem, hinc tam anxie ſuſpirabat
 Aultria Auguſtiſſimo obtutuſui, vixq; cum ex occidente reducem
 advenit duplicato ſplendore ſibi denuo oriri, cum tota in plauſum di-
 ſcordia inter ſe ſuavi contentione certantibus, tum erecti in trium-
 phum arcus, eſſuſ in occurſum magnates, cives diviſi in cohortes,
 deprecanti ad gratulandum eloquentia, proſuſum à Magiſtrata vi-
 num, productus feſtivis luminibus dies. & quidquid gaudium ex-
 primit abunde cumulatum eſt: ita in diſtinctis toties Provinciae ordi-
 nibus aequalis regnabat letitia tantò exuberante affectu, ut Au-
 ſtriam merito dixiſſes ſtatuum, quam ſarventibus Superis vehementer
 Pygmalionis amor animaverat, & Auguſtiſſimus LEOPOLDUS cum

Cicerone Romam reverſo gloriari poterit, ſe nec terrò, nec
 ſecundo flumine fuiſſe veſtum, ſed totius Aultrie
 humeris Viennam reportatum.



AM.